Fragmentarium

Liber sancti Martini

Facies aquile desuper ipsorum
quatuor. Eze. 1. Ezechiel
propheta cui aperti sunt celi et vi-
dit visiones dei, vidit iiii
facies in animali uno iiii-or in quo
facies vero videlicet facies hominis
facies leonis. facies bovis et facies aquile
in quibus designantur una notitia de verbo incar-
nato quadruplicitur descripto prout diffusius
dictum est supra. Descripto enim Mathei de-
signatur in facie hominis quia principaliter describit
secundum ipsius humanitatis. De scripto Johannis de-
signatur in facie aquile quia principaliter describit
in Christo excellentiam divine nature. De scripto
autem Marci designatur in facie leonis quia
principaliter describit ipsius regnum. De scripto
autem Luce designatur in facie bovis quod est
animal ymolaticium quia principaliter describit ipsius
sacerdotium eius et a sacerdocio inchoat suum
ewangelium dicens: Fuit in diebus Herodis
regis iude sacerdos quidam nomine Zacha-
rias et cetera. Ad intendendum tamen quod licet quilibet qua-
tuor ewangelistarum principaliter consideret
unam predictarum quatuor consideracionum tamen
alias tres non omittit quia secundum quod dicit
Gregorius super Ezechielem quicquid in uno re-
pperis hoc simul in quatuor recognoscere. Propter
quod alii doctores visionem Ezechielis exponentes
dicunt quod non solum apparuit ei unum
animal habens quatuor facies predictas sed apparuerunt
ei quatuor alia in omnibus consimilia. Unde designatur
una notitia verbi incarnati a quatuor
ewangelistis conscripta licet differenter de-
scripta. Considerandum tamen quod Ezechiel propheta
in predictis faciebus quatuor vidit faciem
aquile desuper eminentem in qua designatur
ewangelium Johannis respectu aliorum excel-
lentiam secundum quod dictum est in verbo preassumpto. Faci-
es aquile et cetera in qua designatur ewangelium Jo-
hannis ceteris excellentior in tribus quia scripsit ce-
teris sublimius subtilius et etiam perfectius
subtilitatem designat superior situs cum dicitur
desuper. Subtilitatem acuties visus cum dicitur
aquile. Aquile perfectionem seu integritatem
designat quaternarius typus cum dicitur. Ipsorum
quatuor. Unde decacordum primi ad intendendum quod
contemplacio scriptorum et potissime ewangelistarum

Differt a contemplacione prophetarum. Philosophi enim contempla-
verunt contemplati sunt ipsum deum similiter sed tamen
differenti modo et quia quoniam contemplo enim est
actus ... ab ipso contemplante et in

Differentia ...

3674

237

1

License: cc-by-nc – Wien, Österreichische Nationalbibliothek, Cod. 3674, Cod3674_Farbkeil – Charter
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-vxg2/1750/21158)